



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

mercatura: Retrahunt enim se mercatores de locis, in quibus arma dominantur. Omnium portarum claves ad unum sub noctem deferunt urbis praefectum, qui omnia pro suo arbitrio moderatur. Is vocat in concilium quos delegebit: Officia omnia in urbe partitum unus, ciuius in omnem subiectionem perductis: Archiepiscopus cum clero dominatur. Rebus tamen inter amulos compostis, Dietherus deputatas sibi accepit arces cum prouentibus, certus, si ad eum diem peruererit, de Adolphis successione: idq; post sextum annum euenit. Tum enim Dietherus, mortuo Adolpho, redditur ecclesia: sed in quam servitatem ciuitas propter eum venerat, in ea reliquit: Arcem quoq; ad Rheni fluentia iuxta ciuitatem extrahit, quae profreno sit ciuitati, ne quando resurgat in pristinas vires: Publicum inibi erexit literarum palladium: Stipendia & præbendas deputabat doctoribus & magistris in eo desudantibus opera literaria.

## CAPUT II.

**S**Exagesimus secundus erat annus à Christo post mille quadringentos, cum & wilhelmus dux Brunswicensis se immiseret bello, quod erat inter Mauritium & Gerhardum fratres comites de Oldenborg, iniuratus ab amborum fratre rege Daniæ Christierno: qui fauerat Gerhardo de dominatu Delmenhorst, quem vterq; vendicabat. Mauritio suppicias tulere Bremenses, & comites de Hoia: Qui magna stipendiariorum manu obsederunt arcem Delmenhorst, fame expugnare conati, quandò armis non licuit. Christiernus rex amborum frater, literis & nuncij egit apud episcopum Monasterensem, & ducem & wilhelnum, ut partes Gerhardi, qui premi videretur, adiuuarent. Cumq; iam obseissa arce, Gerhardum fame laborare non ignorarent, statu-

unt commeatus in iuitis ob sidētibus importare. Audierant  
obdidentes, magno agmine venire & wilhelmum ducem,  
cauerūntque nē ob sidētibus superueniret. Cūm fiderent  
armis, quod viribus essent fortiores, victoriam sibi ex  
hoste promiserunt, si aperto campo dimicarent. Obuiām  
progressi in mericam, ad vadum Siberg. Ibi dux vbi ad-  
uentare hostes sensit, circunduxit agmen, nec frontem  
prabuit, donēc à tergo hostes in conspectu solem habe-  
rent. Commisso prælio, durū oritur certamen, deiectusq;  
aliquandō dux iumento, hosti subditus videbatur: Sed  
aderant frequentes ex illius fidelibus, qui, casis his qui  
propius urgebant, ducem restituere. Post plurimum la-  
borem, variante sapè fortuna, dux victor permanit.  
Capiti duo de Hoia comites, plures casi in acie corrue-  
runt. Wilhelmus ante initum conflictū aliquot auratos  
milites creauit: quibus victoria hoc præstít, vt acce-  
ptum honorē retinerent, alioquī euacuandū. Contro-  
uersia inter fratres extincta est anno proximo, cūm con-  
uenissent in ciuitatem Verdensem: Ibi omnibus ex aequo  
coplanatis, captiui quoq; laxantur. Accepit autem ex  
conventione fratrum Mauritus Delmenhorst: quare s  
plurimum grata fuit Bremensibus, & quorum merca-  
tores via publica iter terebant. Gerhardus enim ea lege  
natus est, vt mercatores non amaret. Et quanquam in  
Oldenborg ille commaneret, inuenere tamen ex illius  
satellitio frequentes viam, vt in nemore inter Dēlmen-  
horst & Wildeshusen, crebrius quam mercatores vel-  
lent, compareret, celeri mercatu rēs multas permutan-  
tes. Oppidani autem de Wildeshusen satīs infesti Ger-  
hardo & suis, ei crebris certaminibus conflictantur, quos  
ille per irrisiōnēm Græcos consuevit appellare.

H h

CAPUT

